

**BVLLA. S. D. N. INNOCENTII Con
TRA IMPRESSORES LIBRORUM
REPROBATORVM :.**

INNOCENTIVS Episcopus seruus ser-
uorū dei. Ad perpetuam rei memoriam. In-
ter multiples nostrae sollicitudinis curas / il-
lam in primis suscipere pro nostro Pastora-
li officio debemus ut quae salubria & lauda-
bilia ac catholicae fidei consona & bonis mo-
ribus conformia nostro tpe oriuntur / non
soluta conseruentur & augeantur uerum eti-
am ad posterum propagentur / & quae perni-
tiosa. damnabilia & impia sunt succidantur
& radicitus extirpentur nec pullulare usquam
sinantur ea in agro dominico & uinea Do-
mini Sabaoth duntaxat conseri permitten-
do quibus fidelium mentes pasci spiritali-
ter possint eradicata zizania & oleastri ste-
rilitate succisa. Attendentes igitur quod quem-
admodum humano generi plurimum con-
ferre dinoscitur ut ea quae ad bonas artes
& probatos mores pertinent diuulgentur
& ad lucem ac hominum noticiam tam pre-
sentium quam eorum qui futuri sunt deducantur



S. Pet. a. [1487]

3333